



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

8 De causa requisita ad dispensationem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

dicendum est de licentia sui Prælati posse Episcopum illos absolueret, & dispensare, sic alios referens Aula de censuris, 2. part. cap. 7. disp. 1. dub. 6. Henricus 2. lib. 14. de irregular. cap. 20. num. ult. & lib. 6. de penitent. cap. 16. n. 8. & lib. 10. de sacrament. ordm. cap. 20. n. 2. Suarez de penit. disp. 30. sect. 2. n. 3. qui dicit ita esse in praxi receptum, & tom. 5. de censuris, disp. 41. sect. 2. n. 12. plures referens Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. num. 32. Molin. disp. 61. citata, num. 4. Basilus de Leon num. 16.

8 Aduerto tamen, etsi de iure communi non possent religiosi ex fauorem Prælatorum licentia Episcopum adire pro dispensatione obtinenda: at ex priuilegiis à Sede Apostolica concessis rectè possunt. Est enim omnibus ferè religionibus hoc priuilegium concessum, vt testatur Corduba in compendio priuilegiiorum mendicant. in suis addit. verbo absolutio ordinaria quoad fratres, §. 1. & ex illo tradit Sanchez n. 32. Basil. n. 18.

9 Aduerto secundo cum Basil. de Leon illo cap. 5. n. 21. religiosus, & secularis subiectos prioribus ordinum militarium, quibus non competit potestas absoluerendi, & dispensandi subditos in casibus commissis à Trident. Episcopis; posse de licentia suorum Prælatorum ad Episcopum recurrere, pro dispensatione, vel absoluteione obtinenda, quia non debent deterioris conditionis esse aliis secularibus. Episcopus autem (inquit Basil.) erit ille, in cuius diocesi commoratur, aut si nullius diocesis sit, Metropolitanus, tamquam ad ordinarium Metropolitanus, vel nuntius, qui si potestatem habeat Legati à latere, potest etiam & religiosos quoslibet absolueret, quia est legitimus exemptorum superior, vt bene dicit Sanchez lib. 4. summ. c. 39. num. 25. Imò existimat posse hos subditos remitti ad vicarium Episcopum, etiam si illius diocesis non sit. Tum quia ista subiectio fit tantummodo ex voluntate Prælati, quoad hunc effectum. Tum etiam, quia nisi fuisset priuilegium exemptionis, ad illum iure communi illi exempti pertinerent.

PUNCTVM VIII.

De Causa requisita ad dispensationem.

Dispensatio esse potest in legibus propriis, & obligationibus inde consequentibus, vel in legibus superioris. Item causa requiritur potest, vt licitè dispensatio concedatur, & vt valide concedatur.

§. I.

Quæ causa requiratur pro dispensatione propriæ legis.

- 1 Vt valida dispensatio in propriis legibus sit, nulla causa requiritur.
- 2 Sine causa concedens dispensationem peccat.
- 3 Proponitur obiectio, & soluitur.
- 4 Aliquibus placet hoc peccatum mortale esse.
- 5 Probabilis est esse tantum veniale.
- 6 Quid dicendum de Principe sine causa dispensante.
- 7 Vrens ne dispensatione sine causa data, an peccet? Placet aliquibus venialiter ad minus peccare.
- 8 Probabilis credo nullum committere peccatum.

1 Prima regula sit, nullam causam requiri, vt valde legislator in propria lege dispenset: sic tenet innumeros referens Salas disp. 20. sect. 4. num. 37. Sanchez lib. 8. disp. 17. n. 24. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 19. num. 6. Basilus lib. 8. cap. 14. n. 7. Couarr. 2. p. de matr. cap. 6. §. 9. num. 8. Ratio est, quia voluntate Principis lex constituitur, & ex illa integrè pendet eius obligatio. Ergo si Princeps velit exempti erunt ab obligatione, alius obligatis manentibus, exempti erunt ab obligatione, quod non solum verum est in supremo legislatore, sed etiam in quolibet alio inferiore respectu propriam legum. Nam ratio facta æquè de omnibus probat, & ita docet Sanchez illa disp. 17. num. 27. Salas sect. 4. num. 42. Basilus n. 7. Quocirca Episcopi, & Archiepiscopi dispensatio in legibus suis, vel Synodi diocetane concessa sine causa valet, etiam si leges iuramento firmatæ sint; quia esto peritiam committat: at dispensatio, vt pote in re propria, & in propria voluntate tenet. Adde secum posse iuramento dispensare. Deinde est valida dispensatio propriam legum, esto confirmatæ sint à Pontifice, dammodo confirmatio solum sit approbatiua, non authoritativa, qua illas leges sibi Pontifex proprias facit, vt notat Salas, & Basilus supra.

2 Secunda regula sit. Legislator dispensationem sine iusta causa concedens peccatum committit, sic D. Thomas communiter receptus 1. 2. quæst. 97. art. 5. Vasquez disp. 178. cap. 3. & Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 18. n. 3. Salas disp. 20. sect. 5. n. 70. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 18. n. 4. & alij innumeri ab eisdem relati: neque contrarium, vt probabile defendi potest.

Et probatur ex l. 4. in princ. ff. de damno insect. ibi prætorum posse definitum terminum ex causa dare. Et ex l. relegati, in fine, ff. de penis, ibi. Nemo potest commentum, remeatumque dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa. Idem colligitur ex text. in cap. quod pro remedio. Et in cap. necessaria, 1. quæst. 7. & præcipue ex T. id. sess. 23. cap. 2. de reformat. Et sess. 24. cap. 5. loquens de matrimonij impedimentis, vel nulla, inquit, dispensatio detur. vel raro, idque ex causa, & sess. 25. c. 14. petitur causa ad dispensandum, & cap. 18. dicitur, quod si virens, iustaque ratio, maiorque quandoque expostulauerit, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, & summa cum maturitate à quibuscumque ad quos dispensatio pertinebit, præstandum est. Et ratio est manifesta, quia si Princeps sine causa ab obligatione legis communis te eximit, inæqualitatem facit, & aliquo modo vitium acceptationis personarum committit, & occasione alij præbet querelas efformandi, cum videant se esse sub onere legis, à qua tu sine speciali causa exemptus es: quæ omnia sunt contra rationem. Ergo non potest Princeps, qui debet esse fidelis, & prudens obligationum dispensator, hanc facere inæqualitatem.

3 Neque obstat, si de cas obligationem pendere ex voluntate legislatoris, qui sicut potuit pro libro illam imponere, ita potest eam abrogare, vel dispensare. Quia nunquam potuit absque causa boni communis legem imponere, neque absque illa (vt multi docent) abrogare, neque cum aliquo dispensare, si causa, quæ legem mediare cedat in bonum commune, non intercedat: quia iure naturæ obligatur bono communi prospiciere, cui non satis consulere, si pro libro ab obligatione legis aliquos eximere posset. Item neque obstat Deum posse pro sola sua voluntate à legum obligatione aliquem eximere, vt dicimus etiam legislatorum humanum id ipsum posse, quia voluntas diuina est summa regula bonitatis, quæ tamen non est humana. Item legislator humanus tenetur tam in legis impositione, quam in illius dispensatione bono communi prospiciere, quia est dispensator bonorum communium, cui tamen bono Deus non tenetur attendere, sufficit, si bono speciali alicuius prospiciat, quia est dominus omnium. Neque obstat etiam posse Principem tributa sibi debita debitorum remittere absque vlla alia causa, præter eius voluntatem, & vt illi beneficiat, vt inde inferas posse à legis obligatione debitorum remittere, quia in remissione tributi debiti habet se Princeps vt priuata personam at in exemptione à legem non personam priuam, sed communem induit. Tandem non obstat plures dispensationes in gradibus prohibitis à Pontifice expostulati, nulla tamen causa assignata, quia licet non assignetur causa, non tamen sine causa conceduntur; pro causa enim concessionis succedit copiosior elemosyna à dispensato donata in sumptus publicos, sicuti pro causa concedendi priuilegium Bullæ succedit elemosyna à quolibet Bullam sumente tributa.

4 Sed inquires, quod peccatum sit dispensationem sine causa concedere? Plures affirmant ex genere suo esse mortale, sic Couarr. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 9. n. 7. Manuel Rodriguez 1. part. summ. cap. 19. fine, in 2. edit. Suarez lib. 6. de legibus, cap. 18. n. 17. & alij plures, quos referet Sanchez lib. 8. disp. 18. n. 6. Mouerunt præcipue ex Trident. sess. 25. cap. 5. de reformat. vbi grauitè prohibet dispensationem sine causa datam: & ratio assignatur in dict. sess. 25. c. 18. cum dicit, dispensare sine causa nihil aliud esse, quam vnicuique ad leges transgredientis aditum aperire. Negari enim non potest inde sumi occasionem minoris obsequii.

5 Ceterum verius credo solum esse peccatum veniale ex genere suo, si secludamus scandalum, & damnum notabile aliorum, sic docet Sanchez plures referens, n. 7. Salas disp. 20. sect. 5. n. 55. Valent. 1. 2. disp. 7. quæst. 5. punct. 9. ad finem. Nauarr. prelat. 9. n. 11. & cap. 11. n. 57. Basilus de Leon lib. 8. cap. 14. n. 4. Ratio est, quia non videtur grauis deformitas partem totam non se conformare. Ergo secluso scandalo, & damno aliorum non est graue peccatum sine causa dispensationem concedere. Quocirca si ex concessa dispensatione sine causa, sumerent dispensati occasionem grauem contemnerendi legem: tunc cerè teneretur Princeps sub mortali dispensationem talem negare. Et idem est, si graue damnum Ecclesiæ, vel subditis ex tali dispensatione proueniret, & sine dubio proueniret, si cum Sacerdote absque vlla causa dispensaretur in celibatu, vel in recitatione continua horarum, vel in pluralitate beneficiorum. Et ex his soluitur fundamentum contrarium. Ideo enim Concilium prohibet grauitè dispensationem sine causa, quia ex illa oriuntur supradicta inconuenientia. Quare in casu, in quo illa sequuntur, erit mortale. Adde inferius præcipi grauitè posse, ne dispensationem sine causa concedat, quia hi mortaliter peccant, vt dicemus, eo quod nulla sit dispensatio.

6 Ex his inferitur Principem secum sine causa dispensationem in legibus, quas ipse debet ex honestate obseruare, peccare mortaliter, vel venialiter, iuxta diuersas sententias nuper relatas, quia iure naturæ tenetur non discordare à subditis sine causa. Quod si dicas, posita secum dispensatione, iam discedit cum causa, obstat, quia hanc dispensationem concedere sibi non potest, & concessam tenetur reuocare. Secundo inferitur subditum

ditum petentem dispensationem sine causa peccate eodem genere peccati quo peccat superior illam concedens; quia petit rem intrinsece malam. Contingere autem potest, ut excusetur subditus, si ignorantia inuincibilis laborat, & non excusetur superior cognoscens causam non adesse. Et contra contingere potest, ut excusetur superior putans esse causam, cum tamen subditus non excusetur, qui optime notauit causam non adesse, sic Suarez lib. 6. cap. 18. n. 12. & 13. Basil. de Leon lib. 8. cap. 14. n. 7. Cum autem superior cognoscat causam non adfuisse ad dispensandum, dispensationem datam tenetur reuocare, quia semper tenetur consulere, ut subditi uniformiter uiuant, & legibus communibus æqualiter obligentur, nisi iusta causa excusetur intercedat: sic Basilius supra.

7 Iniquis secundo, an utens dispensatione sine causa à legillatore concessa in propria lege peccet? Aliqui existimant peccare ad minus uenialiter, tum quia cooperatur dispensationi inique superioris, illam acceptando, tum quia non se conformat aliis subditis. Tum denique, quia superior ipse utens tali dispensatione peccat. Ergo, sic Couarr. in 4. decret. 2. part. c. 6. §. 9. n. 7. Ledesma 2. 2. 4. q. 17. art. 3. fol. 204. col. 3. Sanchez lib. 8. disp. 18. num. 12. Salas disp. 20. sect. 6. num. 59. & alij apud ipsos.

8 An credo satis probabile esse sic utentem dispensatione ualida non peccare, nec uenialiter; sic ex communi Canonitarum tradit Emanuel tom. 1. reg. 99. q. 22. art. 4. Summa corona. cap. 11. de cognoscend. peccat. n. 32. Viuald. appendice ad canonicos, cap. 12. n. 8. & 21. Nauarr. cap. 12. n. 57. Basil. de Leon lib. 8. cap. 14. n. 5. Suarez lib. 6. cap. 19. n. 14. Valquez disp. 17. 8. cap. 4. Salas num. 60. & alij plures ab eisdem relati. Et ratio est efficax, quia nec peccat contra legem positam, quæ iam non est, neque etiam contra naturalem, quia dispensatus non tenetur ex iure nature se aliis conformare; habet enim causam legitimam exemptionis, scilicet dispensationem ualidam, etiam si illicite obtinuit, in quo est ualde diuersa ratio subditi, & superioris. Superior namque utens dispensatione sibi sine causa in lege concessa, peccat quia tenetur dispensationem reuocare, & potest à subdito non incumbit tale onus. Neque etiam esse potest peccatum, quia cooperatur dispensationi inique à superiore concessæ, quia solum cooperatur, cum petit, petita iam, & concessa uisur illa, qui usus non uidetur specialiter esse prohibitus.

§. II.

Quæ causa requiritur pro dispensatione legis superioris.

- 1 In lege diuina, & naturali qualibet dispensatio sine causa inuálida est.
- 2 Idem est de dispensatione inferioris in lege superioris.
- 3 Aliqui temperant, nisi inferior habeat plenitudinem potestatis. Sed reijciuntur.
- 4 Secundo limitant alij, nisi in facultate dispensandi exprimantur nomina eorum quibus dispensatio est concedenda, & non exprimat causa cognitio. Sed non admittitur limitatio.
- 5 Tertio limitant alij, nisi bona fide inferior processerit, existimans adesse causam. Sed non approbatur.
- 6 Inferior dispensans in lege superioris absque causa, mortaliter peccat.
- 7 Non potest certa regula definiti, qua sit legitima causa dispensandi in legibus superioris.
- 8 Stante iusta causa dispensandi affirmant plures obligatum esse superiore dispensare.
- 9 Aliquando tenetur dispensationem concedere, aliquando potest negare.
- 10 Quando hoc contingat.
- 11 Delegatus tenetur ne dispensare, quoties adest causa sufficienti Sub distinctione respondet Sanchez.
- 12 Alter distinguendum est.

1 Dico primò, in lege diuina, seu naturali, qualibet dispensatio facta ab humano legislatore sine causa, inuálida est. Quare si Pontifex in uoto, iuramento, matrimonio rato, & residencia pastorum, sine causa dispenderit, nulla erit eius dispensatio. Quia non accepit à Deo potestatem dispensandi pro libito, sed iusta causa intercedente; aliàs non esset potestas in edificationem, sed in destructionem concessa, neque censendus esset dispensator fidelis, & prudens, sed potius imprudens, & infidelis. & ita Theologi docent cum D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 21. Canonistæ cum glossa cap. non est. uerbo adimplere, de uoto. Valquez disp. 178. cap. 3. n. 17. Sanchez lib. 8. disp. 17. num. 3. Salas disp. 20. de leg. sect. 4. n. 30. Suarez lib. 6. de uoto, cap. 17. & alij innumeri ab eisdem relati.

2 Dico secundò, Dispensatio inferioris in lege superioris inuálida est, si facta sit absque causa legitima, ita communis ualida; pro ut uidere est ex innumertis, quos referunt, & ferat, de Castro Sum. Mori. Pars. 1.

quantur Sanchez illa disp. 17. num. 4. Couarr. 2. p. 4. cap. 6. §. 7. n. 11. Salas disp. 20. de leg. sect. 4. n. 31. Valquez disp. 178. cap. 3. n. 17. Valent. disp. 7. q. 5. p. 9. Basil. cap. 14. n. 8. Barbosa 2. p. de potestate Episcopi, alleg. 33. n. 3. Ioan. Sanchez disp. 54. select. n. 38. Ratio est, quia non censetur superior potestatem concedere, nisi pro dispensatione rationabili. Ergo inferior aliter dispensans excedit commissionem, & mandatum; & consequenter nulla est eius dispensatio. Ex quo fit dispensationem Episcopi, uel Archiepiscopi, in legibus Concilij prouincialis sine causa datam nullam esse; quia est dispensatio in legibus superioris, ut docet multis relatis Sanchez disp. 17. n. 36. Salas de legib. sect. 4. n. 45. & nos diximus supra.

3 Temperant tamen aliqui hanc doctrinam, nisi inferior habeat plenitudinem potestatis à superiore concessam, qualis habeat Legatus à latere in casibus sibi à Pontifice commissis, sic Eman. in summ. tom. 2. in 2. edit. cap. 24. concl. 3. num. 5. Quia tunc uidetur reputandus, ac ipse legislator, cuius dispensatio absque causa ualida est. Sed hæc limitatio merito reijciuntur à Sanchez pluribus relatis, disp. illa 17. n. 5. quia non est presumendum sic concessam esse potestatem, esto possit illam sic concedere; posset enim Pontifex concedere facultatem dispensandi in suis legibus, taliter quod data dispensatio sine causa teneat, sic Salas disp. 20. sect. 4. n. 32. est enim dispensatio in re propria.

4 Secundo temperant alij, nisi in potestate dispensandi exprimentur nomina eorum, quibus dispensatio est concedenda, nulla facta mentione cognitionis causæ; quia tunc dispensans censetur metus executor, & præsumere debet committentem certiore esse factum de dispensationis causis, sic relato Felino, Speculatore, Garibay, docet Sanchez n. 6. At licet hoc sit probabile, mihi tamen probabilius apparet teneri causas dispensationis inuestigare, quia absolute ipse dispensat. Quòd uero potestatem concedens nullam fecerit mentionem de causarum cognitione, non arguit omitterendam esse; cum à iure ipso moueatur dispensans debere causas dispensationis examinare, idque merito Princeps debet supponere.

5 Tertio temperant, nisi bona fide inferior Prælatum procedat, existimans adesse causam legitimam, cum tamen non sit. Quia non est credendum aliam esse Pontificis mentem circa suas leges, & Dei circa suas; siquidem hac ratione serpulosis obuiatur, & conscientia securæ redduntur, & gesta à Prælati firma permanent, quæ omnia rectæ Ecclesiæ gubernationi conducunt. sic docet Sanchez lib. 8. disp. illa 17. num. 8. cum Azor lib. 7. institut. moralium, cap. 29. quest. 6. consentit Ioann. Sanchez in select. disp. 54. num. 39. At hæc limitatio mihi non probatur. Tum quia ad rectam gubernationem Ecclesiæ non pertinet firmare dispensationes sine causa, sed illas excusare; aliàs pertineret etiam ad rectam gubernationem, ut quoties dispensandi putarent bona fide nullam sibi dispensationem esse necessariam, ualidos actus efficerent, nulla adhibita dispensatione, & sic contrahentes bona fide in gradibus prohibitis ualide contraherent, quod non est admittendum. Tum quia allegantes superiorem absque legitima causa dispensasse audiuntur, etiam si superior bona fide processerit. Ergo signum est manifestum, bonam fidem dispensantis non firmare dispensationem, & ita tenet illa sect. 4. n. 37. Basilius lib. 8. cap. 14. n. 8.

6 Dico tertio, Dispensatio inferioris in lege superioris data sine causa peccatum mortale est, & consequenter illam petens, & utens peccat mortaliter. Et idem à fortiori est in dispensatione de uotis, & iuramentis, & omni iure diuino, & naturali, quia usurpat alienam iurisdictionem, & facit actum iriurium: sic omnes Doctores, ut testatur Salas disp. 20. de legib. sect. 6. n. 59. ubi aduertit ex leuitate materiz aliquando posse esse ueniale petere, & concedere talem dispensationem, sicuti esse potest, uolatio uoti, & cuiuslibet alterius legis sub mortali obligantis.

7 Sed inquirens, quæ sit legitima causa ad dispensationem in legibus concedendam?

Respondeo non posse certa regula definiti, sed multum ex arbitrio prudentis pendere, quia ponderare debet qualitatem personarum, ex qua sepe oritur sufficiens causa dispensationis, eo quod ad commune bonum pertineat personas excellentes gratas habere, ut dixit D. Thomas 1. 2. q. 63. art. 2. ad 2. & Trident. sess. 24. c. 5. de reform. attendere etiam debet pietatem, necessitatem, utilitatem dispensationis: nam pro maiori, uel minori utilitate, pietate, & necessitate dispensatio facilius concedi potest. Semper tamen dispensatio cedere debet in bonum publicum, quia est actus potestatis publicæ, & iurisdictionis communis. At cum lex pro bono publico statuta sit, pro bono publico est relaxanda, & tradit Panormitanus in cap. multa, de præbendis. num. 8. Sotus 1. de instit. quest. 7. art. 3. & colligitur ex Trident. sess. 25. cap. 28. de reformat. Non tamen requiritur, ut causa, ob quam conceditur dispensatio, immediate bonum commune respiciat, sufficit si mediate ad illud ordinetur, quatenus bonum particularis personæ in bonum communis referatur; expedit enim reipublicæ aliquas gratias, & exemptiones aliquibus facere, ut sic alij excipientur ad bene merendum de re publica. Adde legislatori competere singulorum necessitatibus subuenire, quia id communi bono expedit.

DE
BASILIO
ALAZAR
TOM.

expedit. Quocirca sæpe ob inopiam mulieris dispensatur in consanguinitatis impedimento, & ob periculum incontinentiæ in voto castitatis, & ob violationem maioris mali in aliqua lege; quæ sunt causæ personarum singularem attingentes: at mediæ ad bonum commune ordinantur, sic aliis relatis docet Sanchez lib. 8. disp. 19. in princ. Salas disp. 20. sect. 8. num. 75. Ballius lib. 8. cap. 14. n. 12. & colligitur satis hæc doctrina ex cap. requisitis, § nisi rigor, 1. quæst. 7. cap. necesse est, 29. dist. cap. ipsa pias, 23. quæst. 4. cap. fraternitas, 34. dist. & Trident. sess. 25. cap. 18. de reform.

8 Inquires secundo, an stante iusta causa dispensationis teneatur superior dispensationem concedere, vel possit illam denegare?

Prima sententia affirmat peccare Prælatum, si non dispense, quoties iubeat iusta causa dispensandi, glossa cap. Domino sancto, verbo necesse, 50. dist. Rebuff. repetit. cap. postulasti, notab. 3. num. 12. Syuell. verbo dispensatio, quæst. 1. in fine. Rosella ibi num. 4. Eman. Saa n. 2. Armilla n. 14. Ioan. Sanchez in select. disp. 43. num. 8. præterea, & alij relati à Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 10. n. 2. quàmque ipse reputat probabilem, & verè probabilis est. Ratio præcipua est, quia potestas dispensandi commissa est Prælati in bonum reipublicæ, & subditorum, Ergo si causa iusta adest excedendi hanc potestatem, videtur Prælatus teneri illam exercere; aliis contra debitum sui muneris faceret. Et consuetudo. Ex iustitia distributionis teneatur Prælatus in distributione obligationum communium, & exemptione illarum procedere. Ergo teneatur merita personarum attendere. Ergo si existentibus meritis alicuius, vt eximatur ab onere, & obligatione communi illum non eximat, malè distribuit. Quod si negata vni exemptione, alteri æqualia merita habenti exemptionem concedat, iam videtur penarum acceptor. Ergo peccat. Non declarat autem hæc sententia quale peccatum sit, at attendit materiam gratuite videtur dicendum graue esse.

9 Secunda sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, affirmat aliquando teneri Prælatum dispensationem concedere, aliquando non; sed posse illam iuste denegare. tenet Sanchez supra, plures referens num. 3. Salas disp. 20. sect. 7. num. 70. Suarez lib. 6. de legib. cap. 18. num. 21. Ballius lib. 8. cap. 14. num. 6. & alij apud ipsos. Prior pars conclusionis, scilicet aliquando dispensationem esse debitam, videtur colligi ex cap. Domino sancto, 50. dist. ibi, vt necesse sit illos restaurare in loco honoris, qui per penitentiam reconciliationem recepisse merentur, & ex cap. quanto, in fine, 2. quæst. 4. & ex Trident. sess. 24. cap. 1. vbi prudentia & iudicio ordinarij committitur dispensatio in denunciationibus, quando est probabilis suspicio matrimonium malitiose impediri posse, quod iudicium, & prudentia ad eximendam suspensionem videtur expostulari, non ad negandam, vel concedendam dispensationem cognita suspicione malitiosi impedimenti. Idem etiam colligitur ex sess. 14. cap. 7. vbi de occidente in defensionem propriam, excedente tamen moderamen inculpate tutelæ, ait Concilium dispensationem ei quodammodo deberi, Fateor has iuris probationes facile solui posse. Quod ergo efficaciter hanc conclusionem partem probat, est ratio pro prima sententia facta, potest enim contingere ita virgens causa boni communis, vel specialis alicuius, vt Princeps, cuius officium est hæc omnia respicere, censetur contra debitum sui muneris procedere, si dispensationem neget; si enim media dispensatione pax reipublicæ obtineretur, & negata destruitur, quis negare potest debere Principem, & reipublicæ gubernatorem dispensationem concedere? Item si dispensandus dispensatione sibi concessa reparat honorem sibi ablatum, quia alia via reparari non potest, vt contingit in femina stuprata, quo modo negati abique iniustitia dispensatio poterit? Secundam partem conclusionis, scilicet non semper debitam esse, probatur primò, quia sæpe in iure dispensatio vocatur indulgentia, cap. 1. de statu monach. in 6. aliquando misericordia, cap. postulasti de cleric. communis, ministr. aliquando gratia, cap. iudici, 1. quæst. 7. fine, cap. licet canon, de elect. in 6. sed indulgentia, misericordia, & gratia non sonant debitum. Ergo. Secundo, dispensatio deberi poterit vel ex aliquo præcepto positivo, vel naturali. ex præcepto positivo non semper debita est; nam dispensatio concedenda est à supremo legislatore, tunc certum est ex præcepto positivo deberi non posse, cum nullis legibus positivis humanis arctetur. Si autem ab inferiore concedenda est, sæpe eius voluntati committitur dispensatio, vt in cap. at si clerici, § de adulteris, de iudic. Ergo. Tertio quia esse Princeps teneatur ex suo munere dispensationem concedere, si virgens causa boni communis, aut alicuius particularis intercedat: at sæpe non ita virget, quin etiam virgeat ferè æqualiter causa negandæ dispensationis. Ergo in tali casu & poterit concedere dispensationem, & illam denegare, sicuti contingit in ferenda lege. Non enim semper Princeps cum legem fert obligatur illam ferre, poterat enim alia via bono communi prospicere, aliis quidquid posset facere, ex necessitate faceret: contra leg. quidquid, 40. ff. de iudicis, vbi non quidquid potestati iudicis permittitur, id necessitati iuris subicitur, & notat glossa in c. consulti, verbo gratiam,

de off. deleg. Quare esse potest probabile, adesse causam dispensationis, & non adesse. Ergo in hoc casu non teneatur dispensatio superior, esse possit, quia sequi potest opinionem probabilem.

10 Quod si inquires, quando sit debita dispensatio? Vno verbo respondere possunt: quoties bono communi, vel speciali grauitur conducit, neque alia causa in contrarium præponderet, sic Doctores pro sententia secunda relati, specialiter Sanchez, Salas, & Suarez; quando autem id conducit, prudentia, & iudicio superioris relinquendum est. Adde, quoties in iure denotatur causa ad dispensandum, teneatur inferior posita tali causa dispensare, quia tunc instruitur inferior, cui committitur potestas, quomodo illa debeat vi: sic docent Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 10. n. 6. Ioan. Sanchez disp. 43. n. 8. verus, præterea, Suarez lib. 6. cap. 18. n. 21. Salas disp. 20. sect. 7. circa finem. Quapropter teneatur Episcopus dispensare cum clerico, ne residat ratione studij, ex e. cum ex eo, de elect. in 6. quia ibi apponitur hæc causa, ex qua potest dispensari sic relato Ioan. Andr. Decio, Franco docet Sanchez, Suarez, & Salas supra. Item teneatur dispensare in denunciationibus matrimonij, si probatur adesse suspensionem malitiosi impedimenti. Item in interdictis, si id utilitati Ecclesiæ videtur expedire, ob eandem rationem.

11 Ex his inferitur; quid dicendum sit in delegatis. An, inquam, hi teneatur dispensationem concedere, cum viderint adesse causam sufficientem? Thomas Sanchez lib. 4. summa, cap. 14. n. 12. loquens de voto distinguunt inter delegatos habentes priuilegium dispensandi in sui fauorem concessum, vel in fauorem dispensarij. Et de habentibus priuilegium in sui fauorem, negat teneri dispensationem concedere postulant, eo quod nemo teneatur suo priuilegio vi, & sic excusat regulares nolentes dispensationem votorum concedere penitentibus; quia ipsi non addiunguntur vi suo priuilegio: at si priuilegium concessum sit in fauorem penitentis vt est priuilegium Bullæ, & Iubilæi, affirmat teneri electum Confessarium dispensationem concedere, quia penitens petit ius ex priuilegio sibi concessum: consentit quoad hæc tenendum partem Aragon. 2. 2. q. 88. art. 12. in dubio quod mouet circa 2. conclud. fol. 1041. Vuald. candelab. sacram. 3. p. cap. 14. n. 58. Chapeauilla de casibus, referuat. q. 2. dist. 17. fol. 2. Summa de voto, q. 5. n. 38. Sapius clauis regia lib. 6. cap. 2. num. 18. fine.

12 At exitimo aliter esse in hac parte distinguendum, aut enim loqui possumus de Confessario, antequam pax dispensatione votorum, vel impedimentorum illum eligat vel facta electione, & ab ipso acceptata: si post factam electionem, & acceptationem denegat tibi Confessarius dispensationem pro qua obrinenda causam iustam habes, infidelis est, & iniustus; quia iam quasi ex iustitia ratione acceptæ electionis obligatus est concedere. Et hoc siue concedenda sit dispensatio ex priuilegio in tui fauorem concessum, vel in fauorem dispensantis. Quia iam ipse priuilegiatus se ipsum obligauit vi priuilegio suo, eo quod electionem acceptauerit. Verum si loquamur antequam ipse Confessarius acceptet electionem sui ad dispensationem concedendam, nullo modo teneatur tibi dispensationem concedere, etiam si confessionem audiat, qua priuilegium concessum per Bullam non est ad actandum Confessarium ad dispensationem concedendam, sed est priuilegium concedens facultatem dispensandi Confessori volenti, non tenenti; aliis quilibet Sacerdos approbatus requisitus per Bullam teneatur confessionem cuiuslibet penitentis, qui illum requirit, audiscutare, quod est sine fundamento dictum.

Aduerto, aliquando posse delegatum teneri consentire electioni de se factæ & dispensationem concedere: nempe, si id iudicauerit grauitur bono dispensarij expedire, eo quod ab aliis repellitur, & ob repulsum tristarur grauitur; & in peticulo peccandi existit, sic Ioan. Sanchez disp. 14. select. n. 17. circa finem.

PUNCTVM IX.

An liceat habentibus potestatem dispensandi imponere aliquam multam pecuniariam, vel onus personalem dispensantis.

- 1 Si dispensatio est in voto, fieri potest. Et idem est quoties ex onere imposta integratur causa dispensationis.
- 2 Causa legitima ad dispensandum intercedente nequit Prælatus, siue inferior, siue superior multam imponere: qui defendam.
- 3 Resoluitur in casibus, in quibus debetur dispensatio non potest multam imponi; sed in illis, in quibus denegari potest.
- 4 Inferior non potest sub onere aliquo, & pecuniaria multa dispensationem concedere, vt probabilius defenditur.
- 5 Proponitur obiectio, & sic illi satis.

1 Si dispensatio sit in voto, nemini est dubium id fieri posse. Quia tunc dispensans non imponit obligationem, sed ipse dispensandus sibi illam assumit. Item si causa iusta dispensandi